



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

228 Celmentina vnica h. tit. quorsum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

spondebatur; quod & ex ipsa Constitutionis huius ratione per Pontificē subiecta satis colligitur, dum verbis utitur hisce, *permutationem beneficiorum qua alias minimè resignassent*. quasi diceret, expectantibus nihil decedit; quia nisi permutatio posset absolui permutantes nolissent resignare sua beneficia sed ea sibi retinere voluissent, & per consequens nihil vacasset pro expectantibus. Quæ ratio generalis est omnibus omnino beneficiis permutandis, siue penes Episcopum solum sit eorundem beneficiorum collatio siue penes alios etiā quoscumque. Quæ dubitatiuncula per Clementinam vnic. eodem tit. penitus est sublata.

228
Clementina
unica h. tit.
quorsum?

Ait Pont. *liberè resignant*. Nota liberā quoque resignationem dici non tantum quæ sit simpliciter & absolutè sed quæ sit permutationis causa; propterea nimirum quod non fiat vi vel metu sed spontanea voluntate. Dic ergo *liberè*. i. spontanea voluntate liberrimoque consensu, non autem quod Episcopo liberum sit cuicumque velit alteri beneficium sic resignatum conferre. Quæ interpretatio menti Pontificiæ mihi videtur conformior quàm quod Glossographus ait *libere*. i. absque Simonia vel ut Simonia vitetur; quamvis hoc per se sit verissimum, resignationem scilicet ex causa permutationis factam Simoniacè, non sibi permutantes hosce; sed efficere ut expectantibus detur locus. vnde videri prima facie posset hæc interpretatio Glossographi melior quàm sit illa mea superior, nisi quod vox

229
Liberà resi-
gnatio quæ
sit hic intelli-
genda.

liberè